eidem Religiosae Chmielowska et illius posteris sanguine iunctis dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem ex hisce actis Castren[sibus] autentice depromptam ad Acta Terrestria Praemislien[sia] quandocunque voluerit transferend[i] ac transportandi quam transportationem tantum roboris et valorem hac sua personali recognitione habituram declarat acsi per ipsammet recognoscentem transportaretur. Salvis nihilominus eisdem bonis quoad residuum summae bellicae trecentorum aliorum floren[orum] polon[icalium] spectat sibi in pleno robore reservatis praesenti sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria secunda post Dominicam Quadragesimalem Inuocauit proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo

18/II 1630

Czarnolaska Tomikowskiem obligat eisdemque Sobiekurski stawiu Czarnolaskiego

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] Generosa Hedwigis de Nowemiasto consors relicta olim Generosi Joannis Czarnolaski Burgrabii Cracovien[sis] sana mente et corpore existens a terminis distributionibus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedens huic autem iurisdictioni Castren[si] Praemislien[si] quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis ac illorum omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa bona sua iuribus suis reformationi et aduitati subiecta videlicet subditos quatuor Cmethones Zobek Jchnat Lisz Danilo necnon Hortulanos tres Iwanek Walek Maciek Mateyczak tum Tabernatorem Albertum Wierzbicki necnon dwa obszary roley Danilowskiey et Selistowskiey penes sylvam regentis iacen[tes] tum certam partem prati in loco dicto Ruda in villa Trzciniec districtus praesentis Praemislien[sis] sitis consisten[tes] cum omni eorundem bonorum iure dominio et proprietate omnibusque et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus subditorum laboribus censibus dationibus obuentionibus decimis muniis officiis obsequiis ab eisdem subditis modo quo-

uis prouenien[tibus]

uis prouenientibus attinentibus et pertinentibus generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut aliquopiam reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando tenimenta late longe circumferentiaque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protendit et prout eadem bona ipsamet recognoscens sola tenuit habuit et possidebat ac ipsi competebat eidemque seruiebat. Jam ex nunc et de facto Generosis Joanni Tomikowski et Annae Smarzowska coniugibus et ipsorum successoribus in summa duorum millium florenorum pecuniae polon[icalis] communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossos sibi triginta polon[icales] computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae pecuniae hinc ab actu praesenti ad Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime in anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo primo venturum et in defectu protunc exemptionis exhinc ad aliud simile Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli per triennium proxime venturo et sic consequenter de triennio ad triennium triennis et Festis continue et immediate se sequentibus usque ad exemptionem eorundem bonorum et summae praefatae duorum millium florenorum totalem et indiuisam persolutionem inscripsit obligauit et inuadiauit prout praesenti inscribit obligat et inuadiat. In quae quidem bona modo praemisso obligata eadem recognoscens Generosa Hedwigis Czarnolaska eisdem Generosis Tomikowskim coniugibus et ipsorum posteris dat et concedit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipsis nunc ab officio praesenti additos diequacunque voluerint officiose accipiendi. Per ipsos Generosos obligatorios suosque et ipsorum successores bona eadem obligata tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruend[i] ac ad usus suos suorumque successorum quosuis beneplacitos libere et effectiue conuertendi modo ac titulo obligationis dobrze et tak. nebr memorata recognoscens Generosa Hedwigis Czarnolaska prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis eisdem Generosis Tomikowskim coniugibus et ipsorum successoribus inscribit obligat eosdem et ipsorum posteros in eisdem bonis praesentibus obligatis et ratione eorundem bonorum ab omni et quauis impetitione iuridica quacunque

personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium usque ad exemptionem eo-
rundem bonorum et summae praefatae totalem et indivisam persolutionem in omni Iudicio
et officio Regni exonientis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit hi-
eis defendere evincere intercedere ac eliberare indemnesque eum posteris red-
dere. Nec non bona praenominata obligata tam in toto quam in parte
ab omnibus impetitionibus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis
factis et faciendis item etiam a quibusvis actionibus in eadem bona importatis
et importandis lucris denique et plucris ac possessionibus iuris quibusvis in quo-
cunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obten-
tis et obtinendis in eisdem bonis obligatis perductis et producendis emundare
et eliberare mundaque et libera semper facere, ac etiam intromissionem praefatam coram offi-
cio praesenti admissam in fundo bonorum praedictorum dum per Illustrem et Nobiles
officiose requisitus non denegare imo tenebitur eandem libere et effectualiter dare
et admittere dataque et admissa eadem possessionem et usum fructus praemissorum
quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas
personas non adimere nec praepedire. Ipsosque obligatorios suosque eorum posteros
tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari: ita ut eadem bona obli-
gata memorati obligatorii Generosi Tomikowscy coniuges et eorum successores qui-
ete ac pacifice vigore praesentis inscriptionis obligatoriae tenere et possidere que-
ant usque ad exemptionem bonorum praedictorum ac summae praefatae totalem et indi-
visam persolutionem. Atque sub vadio duorum millium florenorum pecuniae
polonicae per praedictam recognoscentem Generosam Hedvigim Czamolaskaeius q
posteros praedictis Generosis Tomikowskim coniugibus et eorum succes-
soribus ob non completionem praemissorum omnium ac singulorum tam in
toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendum.
Praeterea memorata recognoscens Generosa Hedvigis Czamolaska suprascriptis
Generosis Tomikowskim coniugibus et ipsorum successoribus dat et concedit
plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem ob-
ligatoriam ex his actis Castrensibus authentice de promptu ad Acta Terrestria
Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quam trans-

portatam

portatam tantum robur et valorem hac sua personali recognitione habitu-
ram declarat acsi per ipsammet recognoscentem transportata foret. Pro quo quidem
vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua prin-
cipali ex praemissis non completa complenda ipsa praemissis citatis ex
nominata recognoscens Generosa Hedvigis de Nowemiasto vel illius suc-
cessores ad instantiam suprascriptorum Generosorum Tomikowskich Coniugum sive
eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex vi-
recessu suprascripto quoad rem dum spectat mediante semper in primo citatio-
nis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere rodere vadium praefactum
luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur
seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemque terminum primum perem-
ptorium et alios omnes consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptos
vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Re-
gnum servitio militari ad munimentum ad evictionem vel aliis quibusvis dila-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo adquietationem ultra pro-
ximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipi-
endo nullasque protestationes appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac prae-
missa omnia penitus simplicibus vel via citatis Cuasionibus suspensionibus
fatalis iuris praescriptione Terrestri bello Conventionibusque et aliis omnibus
iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscri-
ptione ad praemissa omnia mediante.
Et hic subinde coram eodem officio et actis praesentibus Castrensibus Premi-
sliensibus personaliter Comparens Generosus Stanislaus Sobiekurski Gladifer
Terrae Sanocensis sanus mente et corpore existens a Terrestris districtibus iuri-
bus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet
se cum successoribus bonisque suis gratis omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse se suosque successores in et super bonis suis gratis omnibus ac suis

mis pecuniariis habitis et habendis praenominatis Generosis Ioanni Domi-
kowski et Annae Smarzowska coniugibus et ipsorum successoribus in-
scribit et obligat praesentem Generosum Ioannem Czamblaski praefati Generosi
olim Ioannis Czamblaski Burgrabii Cracoviensis filium vel in euentu mor-
tis eius successores ipsius ad approbandum per eam praesentem obligationem inscri-
ptionis [illegible] quamuis authentica Regestra ad annos perfectae aetatis peruenerit
intra decursum duodecem septimanarum adducere et personaliter statuere ab eoque
vel ab eis ut praemissa exequantur efficere. Sub simili et speciali vadio du-
orum millium florenorum pecuniae polonicalis per praedictum registrantem Generosum Stani-
slaum Sobiekurski et illius successores praedictis Generosis Domikowskim coniugi-
bus et ipsorum posteris ob non completionem praemissorum omnium ac singu-
lorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succum-
bendo. Nihilominus idem registrans Generosus Stanislaus Sobiekurski praenominatis
Generosis Domikowskim coniugibus dat et concedit plenariam facultatem om-
nimodamque potestatem inscriptionem praesentem ex his actis Castrensibus authen-
tice de promptu ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint trans-
ferendi ac transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet reco-
gnoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum
succumbendo ac pro ipsa re principali ex praemissis non completa complendaque prae-
missis citatque ex nunc memoratus registrans Generosus Stanislaus Sobiekurski vel
illius successores ad instantiam praedictorum Generosorum Domikowskich coniugum
successorumque illorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex hinc
recessu suprascripto quoad rem dictam spectat mediante semper in primo cita-
tionis termino tanquam peremptorio stare iuri parere mulctare vadium prae-
dictum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac te-
nebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat cumque terminum
primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum lega-
tione intra vel extra Regnum seruitio militari admunimento ad tuendum

vel aliis

vel aliis quibusuis dilatoriis et legalibus impedimentis non differendo ad
Quietationem ultra proxime terminos officii praefati Castrensis Premisliensis
dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes accusationes prose-
cutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel [illegible]
euasionibus suspensionis fatalibus iuris praeceptione terminis bellis Conuentionis
neque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo
Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Magnificus Thesaurarius Curiae Regni Olszamowskie obligat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Magnificus Ioannes Nicolaus Danilowicz à Zurow Thesaurarius Curiae Regni
Chelmensis et Colensis [illegible] Capitaneus sanus mente et corpore existens à Terrestribus districtibus iuribus
iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo huic autem iuris-
ditioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet secum successoribusque bonisque
suis grauiter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiciendo palam libere publice
ac perexpressum recognouit. Quia ipse bona sua iuribus suis subiecta videlicet villam
Trzebowisko cum praedio in terra praesenti et Districtu Prevorscensi iacentem et consi-
stentem Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate cumque omnibus et singu-
lis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis
obuentionibus attinentiisque et pertinentiis grauiter vniuersis nullis penitus exce-
ptis nec pro se suisque successoribus aut alio quopiam reseruando seu excipiendo veri-
prout praemissa omnia ipsemet registrans tenuit habuit et possidebat ac ipsi concer-
nebant eidemque seruiebant. Iamex nunc et de facto Generoso Laurentio Olsza-
mowski et ipsius successoribus in summa septem millium florenorum pecuniae polonicalis
communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis trigin-
ta polonicalis computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique pecuniae hinc
et ab actu praesenti ad festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime
et immediate venturum et in defectu pro hinc exemptionis eorundem bonorum ex hoc
ad aliud simile Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli per annum proxime
hinc venturum et sic consequenter de anno ad annum festo ad festum annis et festis

Continue